tenebatur et crucifigebatur et in eo quod dabatur frangebatur et non dividebatur, edebatur et non corrumpeba-
tur. Quod immortalis fuit in eo quod dabat, mortalis erat, et in eo quod dabatur immortalis, et impassibilis fuisse pre-
dicatur. Haec tamen sic dicta sunt ut nemini in eo quod latet praeiudicium fiat. **Si corpus Christi fuit**
[F]uerunt **quod Judas per intinctam buccellam accepit**
ex [illegible] corpus Christi illud fuisse credendum sit, quod ipse traditori suo per intinctam buccel-
lam porrexit. Sed tamen verius est quod tunc hic panem dedit Judae Simonis Scariothis. Sicut dicit beatus
Augustinus: Non sic putant quidam negligenter legentes tunc Judam Christi corpus accepisse. Intelligendum
est enim quod iam omnibus distribuerat sacramentum corporis et sanguinis sui, ubi et ipse Judas erat, sicut Lu-
cas evidentissime narrat. Ac deinde ad hoc ventum est ubi secundum narrationem Johannis apertissime
per buccellam tinctam atque porrectam suum exprimit traditorem, fortassis per panis tin-
ctionem illius significans fictionem. Non enim omnia quae tinguntur abluuntur, sed ut inficiantur nonnul-
la tinguntur. Si autem bonum aliquid significat haec tinctio, eidem bono ingrato non inmerito se-
cuta damnatio. Et haec quidem verba sunt beati Augustini super eo quod quaesitum est si Judas in buccella cum
[?] Christi accepit. Ex eo tamen quod traditori suo dominus ad notandum eum buccellam intinctam dedit,
consuetudo habetur ut corpus Christi fideles non accipiant. **Quod agni paschalis figura**
[S]icut circumcisio olim quantum ad effectum **corporis Christi fuit**
remissionis peccatorum baptismi vicem gerebat, mare rubrum quidem eidem similitudine
et figuram praeferebat, ita agni paschalis cuius carnes assatas edebant et sanguine po-
stes domorum signabant in figura sacramenti corporis Christi praecessit. Postquam autem veritas venit,
signum e medio sublatum est, ex quo iam non erat res quam futuram significaret. Sed quia praesens percipe-
retur, mansit tamen figura quamdiu veritas non data fuit, et exhibitum per illam similitudinem quod
postmodum complendum erat in veritate. Sicut exiit mundus exterminator diabolus, agnus
Christus, sanguis agni passio Christi, domus animarum corpora, domus cogitationum corda.
Hoc sanguine tinguntur per passionis fidem, illa sanguine tinguntur per passionis imi-
tationem. Crucis signum intus et foris opponitur contra adversarias potestates. Denique
carnes agni comedimus quando in sacramento verum corpus eius sumendo per fidem et dilectionem
Christo incorporamur. Alibi quod manducatur incorporatur; quando autem Christi caro manducatur, non quod
manducatur sed qui manducat ei quod manducat incorporatur. Ideo voluit Christus a
nobis manducari ut nos sibi incorporaret. Hoc est sacramentum corporis Christi et res sacramenti